

vsque ad septimum. Postremò contra pestilentia, A
scorpij puluerem & decoctum laudare maximè.
Syrupum etiam de liquiritia, & de farfara: vel cù
saccharo viol. permiscebimus bolum armenum,
atque hæc mihi facienda videntur.

MONTANVS.

Tēdimus ad eundem scopū, clariss. D. doctor
nam vtriq; cura ea incūbit, vt mulier hæc magni-
fica sanetur. Considerabo igitur naturam morbi
paulò diligentius, vt de instituenda curatione fa- B
cilis cōcludi possit. Natura autē morbi ex symp-
tomatis cognoscitur, quæ in hoc casu sunt: diffi-
cultas respirationis, tussis, febris, dolor pungiti-
uus, quorum *αυδωροσι* cōstituit nobis pleuritidē.
Deinde catarrho laborare eandē dominā, non est
cur aliis rationib. inquiramus: sensu enim perci-
pitur quòd etiamnum desuat: audimus enim in
faucibus & aspera arteria sonitū. Nobiscū faciunt
etiā alia signa, vt grauitas capitis, de qua conque-
ritur, & auriū tinnitus. Laborauit insuper etiā ca-
tarrho, antequam in febrē incideret. Sunt igitur C
morbi huius dominæ, pleuritis & catarrhus. At
multum mecū dubitauī, febris ne inflātionis
pleuriticæ sit symptomā, vel morbus per se, atq;
ab illa seiunctus: atq; certis quibusdā rationib. ad
ducor, vt statua febrē esse morbū, & non sympto-
ma, quia humores putrescāt in venis. Ergo pleu-
ritidē habet, & febrē, & catarrhū, morbos disiun-
ctos: cū his morbis vrina subiugalis ebullitionem
humorum in venis indicat, quia magna putredo. D
Ergo hæc domina sic se habet nunc. Quòd ad ha-
bitudinem corporis, est siccum & gracile corpus.
Siccitas manifestè apparet cum caliditate, sed ille
calor est debilitatus. Etiam habet stomachū im-
becillum, & caput debilitatū à natiuitate. Est cor-
pus inæquale, & illa in primo senio: & in australi
& boreali tēpore sumus, quæ cōferunt catarrho,
autore Hipp. Vnū notādum, diligenterq; exqui-
rendum, qualis nam sit pleuritis, verāne & sincera, E
vt quæ in pleura sit, an non sincera & notha.
Vna cōiectura hæc est, quæ arguit nō veram esse,
nec à subtili humore, quia nec dolor pungitius
est, neq; magna difficultas anhelitus: ipsa nāque
dicit sparsū esse dolorē. (lege Gal. 2. de Loc. affe.)
Est igitur potius in locis sparsis, quàm in mēbra-
nis, nempe musculis in pectore, quia membranæ
non ita facilè recipiunt. Sputū præterea semper
pituitosæ substantiæ, quia muscoli pectoris inflā-
mantur potius intrinseci quàm extrinseci. Pulsus
durus est, quādo mēbrana inflāmat: verūm hīc F
neq; pulsus ita durus est, ergo pleuritis hæc à ma-
teria crassiore est. Adest catarrhus perpetuus, fo-
uens morbum perpetuò: tussis quoque. Satis de
catarrho & causis, quia ventriculus semper labo-
rat, postea caput. ista est causa materialis, & effi-
ciens catarrhum. Vtrum febris accidēs inflāma-
tionis & catarrhi, an verā causam habeat separa-
tam: dico quòd vrina talis sequitur magnā in ve-
nis ebullitionem, & putredinem, & vbi febres (7.
Aph.) accidūt, sequentes putredinē, cor petentes
vapores, interimūt. Sed hīc putredo & ebullitio
& febris pestilens, quod ad causam proximā, ma-
gna putredo, vt non tātum vapores putridi ascē-

dant, sed massa sanguinis putrescat, sed nondū in
corde: quia vbi cor corripuerit putredo, omnia
destruuntur: sed dū in humorib. est putredo, po-
test curari, sed rarò, & à peritis medicis. De natu-
ra febris, catarrhi & pestis, satis dictum.

Prognosticon. Iam primò omnium, quòd ad ca-
tarrhum attinet, venit in mentem mihi Aph. 40.
Hipp. 2. Sectionis: *βέρρυ* & coryzæ in valde seni-
bus difficulter curatur. Et videtur in hanc regulam
cadere domina, vt ratione ætatis morbū dif-
ficilis curationis fore satis appareat. Quo ad pleu-
ritidem, rarò inflammations in senibus contin-
gunt: sin autē, agrè curatur, & præsertim in hye-
me. Pulsus tamē etiam est paruus & tenuis, quod
significat multos spiritus non adesse: quare nō fa-
cilè curabitur. Cōctionis signa nondū apparent:
etiam febris molesta & periculosa: & ista compli-
catio est pessima, & habet cōtrarias indicationes.
Pleuritis cōcoquentib. lenientibusq; eget, pesti-
lens exiccantibus: quia cura eius 3. Epid. exicca-
tio: quare cura difficilis. Catarrhus etiam vtriq;
dispositioni nocet, & auget difficultatē spirādi, &
febrem: augentur obstructions in vasis, & vbi-
que: ideo ex istis rationibus morbus difficilis.

Cura. Hīc est catarrhus, pleuritis & febris, quæ
sunt separata secundū materiam: dico nullum
esse istorum contēnendum, quia omnia habēt ra-
tionem causæ: ergo catarrhus principio diuertē-
dus, & dolor leniendus. Quidnam agendū? Re-
spōdeo ad id quod dubitabatur de phlebotomia
in febre pestilentiali. An sit vena secanda? Et affe-
ro non secandam venam, idque autore Galen. II.
Meth. Non enim curamus putredinē, nisi sangui-
nem seruemus, sed in peste maxima est putredo.
Vnde dicemus, in principio febris pestilentis phle-
botomare optimum, quia refrigeratur corpus: &
phlebotomare dico optimum suo tempore. Cū
putredo auctā est, minimè, quia eo modo virtus
debilitatur, & putredo augetur. Igitur phleboto-
mare oportet in principio: deinde de victu dicā.
Sumus in quinta die, & indicatur virtus, quæ vin-
cet materiam, quia copiosè expuit, & faciliter.
Verumenimvero Hipp. de Rat. vict. 2. inquit: Vbi
incipit cōctio apparere, primis diebus debemus
augere cibum, vt virtus possit augeri, ac roborē-
tur spiritus, & maior fiat sputi facilitas & reiectio,
quod victus cōmodus facit: sed vbi non signa cō-
ctionis adsint, victus tenuis datur. Pulli ius primū
darem: si tolerabit, & virtus fortior sit: sin minus,
darem cōtusum, vt virtus sustineatur, cui vel soli
debemus attendere, sine qua nihil facimus. Pro
cōcoctione, vt adiuuetur catarrhus, & materia in-
flammationis, vt conferrē cordi, ne putredo au-
geatur, nihil scio melius ad incisionem humorū
scilicet sine caliditate, quàm syrupum de succo a-
cetosæ: in oxalide enim virtus incidendi, refrige-
randi & corroborādi inest. Et licet Hipp. 1. de Rat.
vict. ab astringentibus & acidis cauendū putat,
præterquam oxymelle: sed ibi est aciditas sine a-
strictione, quod & Galenus docuit, idque multò
magis si saccharum admisceatur: illud itaque ex-
hiberem, quod vim etiam habet, vt sedet calorem
febrilem. Postea aqua farfaræ, id est, tussilaginis
confert ad tussim. Atq; his præ digestius vterer.
Pro